

Super Tumulum marmoreum (prostratum) Iohannis King Lond. Episcopi, in praefata ala.
RESURGAM.

Super Tabulam penitalem juxta praefatum Tumulum.

Iohannis King Episcopi Londinensis, quicquid mortale est in hoc pulvere componitur.

Hic jacet, nisi quis calumnietur,
Mendax Transiberinus Ambulator,
Transferti cineres, fidemq; Romam.
Et migrasse semel, simulq; utrumq;
Praesul Catholicus, sed Orthodoxus.
Non partis studiois, evagari
Per divertia multa opinionum,
Aut sectas didicit novas creare:
Quod si quis fuerint nota priorie,
Quos vulgus facit & colit Magistros,
Hic tanta levitate non adhuc sit,
Ut persona fidei magis placeret:
Magna nomina, sed minor a semper
Istuc omnia, veritate duxit.
Tantum non fuit ille de Locustis,
Aurasis monachis, pisiq; nequam,
Urbem qui gravidare sepulcra:
Qui circum Capitolium strepentes
Romanum, velut Anseres sonor,
Cyneus temerare cantilinas
Audent, per modulamen inscitum.
Et pro vocibus ultimis Oloris,
Commendare suas, & Anserinas.
Sed, quod nec Calami, nec ora centum:
Nec perjuria mille de Duaco;
Nec Satan & cumanus ille mendax,
Nec tandem Legio Diabolorum,
Extorquere suis strophis valebant:
Unus si Deus est, Fides & una
Huic uni immortens, & Anglicana.
Quod si quis Logodadalus profanus,
Aut fama plagiarius scelestus,
Quicquam Sacrilego reponat ore:
Si usque Fidei Miserere
Qui vult de simili Deum creare,
Et Christum jubet innatare vino:
Et sic Hereticos & Orthodoxos
Confundit, facit utq; symbolizent
Plus quam Pythagora Melancholice,
Seduluum crepat hunc Apostasse:
Tum ventosa Fides videtur illis;
Tum ventosus & ille Christianus;
Ut post tot, docilis senex, aristas,
Accessisse putetur imparatus,
Insanisq; ad documenta Lessiana.
Non plures libet, Arbitros citare
Quam consciere suum: quod appravarer
Testem, Carnificemq; Judicemq;
Illi, quisquis erat sacer Poeta;
An plus crediderit sua Legende,
Quam vulgi pius ille fascinator,
Autor plumbeus Aurea Legende.
Quin si jurat idem, sat impudenter
Lingua pejerat; aut quid inde Mentem
Injuratus habet; Scioq; habebit.
Tu si credideris secus Viator,
Nugio, impliciti necesseitate
Assensu, bibulam fidem reclaudens,

Si quis Seraphicus propinet Autor;
Veternum excutias: & absq; tandem
Susceptore, tuum pares Aduluis
Examen, tibi teq; cognitorem
Ponas, & sapias monente Amico.
Sin sis credulitatis obstinate,
Conclamatus es: Ilicet. Deinceps
Te stultum jubeo libenter esse.

In diem Obitus.

Quem P. Domini fecerat sacerum Diem,
Et mors coronis integrè certaminis:
Hunc a quo Amicum Numen induxit diem.
Desiderando, quod prope hic, Capiti jacet,
Quo solveretur vita vitalis parum,
Dolorum utrumq; dixeris recte virum;
Hic Saxeam, ille Ligneam sensit crucem,
Hic intus, ille baileans extra suam:
Dolorum, utriq; Lux posuit una & modum.
Quin ipsa Lux haec masculum robur de ist,
Ut nil tremendum Mortis, incineret merus,
Sed Pascha verum, Transiunus potius foret,
Eternitati prodromus. Marmor loquax
Spirat RESURGAM, Mystic's candes Notis
Nec ipse Sadduceus appetet Lapis:
Conditq; tantum, non premis corpus: grave
Spes ista superat ponas, & sumnum petit;
Nec detinebit mole D-positum sua;
Sed sponte ruptus Exicum tandem dabit,
Cum Triduum dormierit. Ipsius tulit
Hanc, Christus olim, Tertia Lucis moram.
(Nec mille Secla Triduum excedunt Dei)
Sic tota demum, iuncta Primitis, Seges
Egerminabit. Hec via ad Patriam, Mori.
Calcata mors est, surget ad Patriam vigil.
Hanc spem fovebat Ille: quod sculpi bic legis,
Sed corde fixum fuerat, & Cælo ratum.

Anagr. Nominis, & Chronogr. Etatis

62. currentis.

Joannes Kingus Pralatus.

En apertus Jonas Anglicus.

Chronogramma Anno Domini

1621.

ECCE CVPio DILlo LVI aC
Christo a Dglo I in ari I

Philip. 1. 2, 3.

Pauli hoc dissolvi, repeti non desit, ante

Quam, qua protulerat, Lingua soluta fuit.

Epitaphium.

Non hic Pyramides; non sculpta P. in egris ambit
Hos cineres; lapidum nec pretiosa strues.
Quod frugale magis, ibi te committimus unu:
Si jaceas aliter, vilior umbra fores.
Nam tibi qui similis vivit, moriturq; Sepulcrum
Ille sibi vivax, & sibi Marmor erit.
SeqVentVr qVI non DV M præcessere.

Adhuc

From the National Portrait Gallery

<https://www.npg.org.uk/collections/search/person/mp02547/john-king>

A celebrated Calvinist preacher, King was at one time chaplain to the Lord Keeper Thomas Egerton. The latter's household included John Donne, who became a close friend of King's eldest son, Henry. Upon his arrival in London in 1603, James I made King one of his chaplains in ordinary. He was one of the most popular court preachers of the reign, held in high regard by Queen Anne and praised in punning fashion by James as 'the king of preachers'. King was consecrated Bishop of London in 1611. In his last years he presided over a campaign for the restoration of St Paul's Cathedral where he was eventually buried.

